

cuert: Sitque boni nominis, & laudabilis fame, ac sufficiens, & idoneus ad notariatum officium caularum dicti Palatii exercendum, & post diligentem examinationem, & informationem super his habitam per ipsum Vicecancellarium aut deputandum ab eo de premissis confiterit, admittatur.

Officia Notarii non locent, nec vendant, nec abstant Curia.

§. 6. Quodque Notarii dictorum Auditorum sua Notariatus officia non locent, nec vendant, alioquin, & officium, & precium perdant, ipsumque precium Apostolicæ Cameræ applicetur, & officium alteri conferatur. Et si quis ex eisdem Notariis cessante causa necessaria, vel abque sui Auditoris licentia per tres menses continuos ab eadem Curia absens fuerit, dicto officio eo ipso privatus existat.

Eorum mores quales esse debeant.

§. 7. Volumus insuper, quod prefati Notarii in habitu decenti incedant, honesto, & convenienti Clerico seculari. Tabernas non frequentent, nec concubinari existant, eum per hoc eorum vilescat officium, & ex huiusmodi incontinentia vitæ infamiam consequantur, & si contrarium fecerint, suis priventur officiis.

Fideliter suum exerceat officium.

§. 8. Quodque Notarius, qui notatus aut diffamatus extiterit, quod malitiose, negligenter, vel per dolum aliquid egerit, vel scripserit, quod in processu, vel iudicio deductum, vel actum non fuerit inter partes, seu quod ipse personarum, in quarum causis scribit, acceptor sit eis secreta causæ detegendo, aut alias in alterius partis præjudicium aliquid committendo, eo ipso sui Notariatus officio sit, privatus. & de huiusmodi infamia, & aliis premissis per dictum Vicecancellarium, vel ab eo deputandum, summarie simpliciter, & de plano fiat diligens inquisitio. Et si per inquisitionem huiusmodi ipse Notarius culpabilis repertus fuerit, aut purgatio extiterit indicenda, & in dicta se debite non purgaverit, privetur quibuscumque aliis officiis, quæ in eadem curia obtinebit. Et idem volumus de quibuscumque Notariis quoruncumque S. R. E. Cardinalium, Iudicum, & Commissariorum in eadem Curia pro tempore deputatorum inviolabiliter observari.

Taxa Joannis XXI. per eos servanda.

§. 8. Et nihilominus quod dicti Notarii exactioibus salariorum suorum pro suis processibus, & scripturis taxas super hoc ordinatas per dictum Joannem xxii. cum illarum moderationibus observare teneantur. Quod si ultra dictam taxam, aliquid petere, aut exigere quoquomodo præsumpserint super excessu huiusmodi ad Vicecancellarium, vel Locumtenentem prædictum habeatur recursus, qui vocatis super hoc peritis, huiusmodi excessus iuxta taxas prædictas reducat ad debitum moderamen. Et si Notarius ipse de facto plus receperit, duplum parti læsæ refundere teneatur. Quodque pro citationibus, compulsoriis, & inhibitionibus, decretis in partibus, procuratoriis, instrumentis, ac remissionibus ad partes, examinationibus testium, & quibuscumque aliis scripturis, bis scriptis in eodem processu, nisi semel dumtaxat taxatio fiat.

§. 10. Præterea statuimus, & etiam ordinamus, quod tam Notarii caularum dicti Palatii, quam etiam Procuratores, & Advocati pauperibus Clericis in dicta Curia super quibusvis Beneficiis Ecclesiasticis litigantibus, qui juraverint se pro suis causis defendendis pecunias non habere, gratis in huiusmodi scribant, scripturasque tradant, eisque procuratoris, & advocacionis officium, patrocinium, & favorem etiam gratis impendant, ad quæ faciendâ eos per Auditorem, coram quo causa pendebit, compelli posse volumus remediis opportunis.

Pro pauperibus gratis a Notariis Advocatisque scribendum.

§. 11. Advocatos etiam, & Procuratores constitutiones Joannis XXI. & Gregorii XI. prædecessorum prædictorum super hoc editas, quas secum teneantur habere, diligenter præcipimus observare, & præsertim in examinatione causæ, si iusta sibi, vel iniusta esse videatur, ita ut nullam agendam iniustam causam, vel defendendam scienter suscipiant, & de hoc juramentum præstent, & observent, prout in dictis constitutionibus extitit salubriter ordinatum.

Injustas causas defendendas non suscipiant.

§. 12. Caveant autem a tumultuosis clamoribus in Concistoriis, & audientis, nec unquam plures simul loquantur, & donec Advocatus proponens, vel respondens sermonem compleverit, alius sive ejusdem, sive adversæ partis Advocatus, quicquam dicere non præsumat. Liceat etiam Procuratori causæ proponenti Advocato retro assistere, ut si quid forsitan ille omiserit, procurator ad memoriam revocet, & reducat.

A clamoribus abstineant.

§. 13. Statuimus autem, prout etiam jura disponunt, ut nullus Advocatus, vel Procurator, qui semel uni parti in aliqua causa, consilium, vel patrocinium dederit, parti adversæ in eadem causa patrocinium, vel consilium præstet, seu causam ipsius agat, vel defendat, nisi facta Advocatorum, aut Procuratorum distributione, auctoritate Iudicis compellatur. Quo casu de his, quæ ab illa prima parte in causa didicerit, nunquam alteram doceat, aut ex illis nisi ab eadem parte didicerit patrocinium præstet. Et si contra præmissa fecerit, excommunicationis sententiam, & alias penas Juris incurrat, ac suo privetur officio, ad interesse partis nihilominus condemnandus.

Qui partem defendit semel, alteram in eadem causa non suscipiant defendendam.

§. 14. Et quia propter Procuratorum imperitiam, aut inertiam, partes sæpe in causis dispendium, & præjudicium patiuntur; Statuimus, quod nullus de cætero ad Procuratoris officium in dicta Curia publice pro salario exercendum in iudiciis admittatur, nisi prius per ipsum Vicecancellarium, vel deputandos ab eo in literatura, industria, & stylo Curie examinatus, atque habita debita informatione de moribus, fidelitate, & honesta conversatione repertus fuerit idoneus, & per eundem Vicecancellarium ad huiusmodi publicum officium per ejus patentes literas admittitur, omnesque Procuratores admitti in aliorum matriculam inscribatur, sicut in præfati Benedicti prædecessoris constitutionibus de Advocatis habetur.

Procuratores examine suscipiendi.

§. 15. Et quia sæpe in Advocatorum ab-

absentia, cause in iudiciis per Procuratores aguntur, & defenduntur, Procuratores ipsi ab injuriis & contumeliosis verbis, & malo modo dicendi, & loquendi cessent, & eum hæc agant, eadem studeant observare, quæ de Advocatis superius duximus statuenda. Quod si contrarium fecerint, formidabilibus poenis per Iudicem causæ taliter puniantur, ut per hoc cæteri a similibus arceantur.

Mores in Ecclesiis obrogatos obrogatos Procuratoris officio non fungantur.

Procuratores & Notarii Concubinas non habeant.

Honeste vivant.

Ordo servandus in causis summaris in prima instantia.

In secunda.

In tertia.

Quæ ommissiones nullum reddant Processum.

producta, de substantia iudicii censentur existere, Statuimus atque decernimus, quod ipsorum alicujus ommissio reddat eo ipso processus nullos, aliorum vero terminorum, alicujus ommissio dum tamen malitiose non fiat, sed casualiter, quo contingente processum non vitiet.

De causis, in quibus proceditur in figura Iudicii.

§. 23. In causis autem, in quibus proceditur in figura iudicii, serventur termini secundum stylum Curie consuetum, præterquam in terminis ad respondendum libello, & ad jurandum de calumnia, qui serventur ad primam. Et in termino ad articulandum, qui in prima instantia, tam ex parte Actoris, quam Rei, servetur ad decimum quintum diem.

De secunda Instantia.

§. 24. In secunda vero instantia similiter ad respondendum libello ad primam. Ad jurandum de calumnia ad primam. Ad articulandum ad octavas dies. Reliqui vero termini serventur, prout secundum stylum antiquum est solitum observari.

De tertia.

§. 25. In tertia vero instantia serventur omnes termini ad primam, secundum quod consuevit antiquitus observari, præter terminum ad articulandum observetur ad sextam diem. Volumus insuper, quod præmissa vendicent sibi locum, non solum ad futura negotia, sed ad pendentia etiam per appositionem, ita tamen, quod processus primo factus propter hoc non vitietur, sed in pristino suo robore, & firmitate persistat.

Procuratores, quid advertere debeant in observatione terminorum.

§. 26. Præterea illum usum, quo procuratores in observantia terminorum dicunt se dare libellum, & articulos verbo, & dicere contra verbo, & ita servant omnes terminos, & cum jam deberet pronunciari sententia, tunc incipiunt processum & dant articulos, & cetera faciunt realiter, quæ dixerunt verbo, sic duximus moderandum, quod Procuratores ipsi post terminum ad dicendum contra producta, & ante terminum ad declarandum articulos facto, & omnia quæ de jure volunt & possunt producere teneantur.

Causæ omni brevitate cognoscende, & infra duos menses expedie.

§. 27. Et quoniam aliquando contingit, quod post observationem omnium terminorum, Notarii Registrum ordinare & Auditori causæ præsentare, & postquam Registrum huiusmodi Auditori præsentatum fuerit, Auditores plus debito causam differunt expedire; statuimus & etiam ordinamus, quod servatis omnibus terminis, in quacumque causa Notarius, qui scripsit in causa, registrum infra quindecim dies conficere teneatur, & ordinare, ac deinde de salario sibi debito satisfacto, illum statim suo Auditori tradere & assignare debeat. Et deinde idem Auditor, postquam Registrum ipsum sibi fuerit præsentatum, terminum habeat duorum mensum, infra quos causam ipsam expedire teneatur, nisi forsitan a nobis vel dicto Vicecancellario propter arduitatem causæ sicut sæpe contingit, majorem dilationem habuerit, de qua per nostram commissionem in Registro causæ constet. Alioquin Notarius sententiam excommunicationis incurrat. Et si de negligentia, expeditione, dolo, vel fraude coram suo Au-

ditore fuerit accusatus, salarium suum perdat, ad expeditionem ad eundem Auditorem nihilominus compellendus. Et nihilominus, qui infra dictos menses non habita a nobis, vel ipso Vicecancellario majore dilatione temporis, causam expedire contempserit ex tunc jurisdictionem amittat, & causa alteri Auditori committatur, & ab ingressu Rotæ suspendatur per mensem, & idem de iudicibus aliis extra Rotam precipimus observari, quibus, si negligentes fuerint causas expedire infra dictos menses, aliqua causa per trimestre tempus nullatenus committantur. Et si fuerit contrafactum commissiones nullius existant roboris & momenti.

Auditores, quid servare teneantur pro expeditione causarum.

§. 28. Præterea, quia sæpe contingit, quod literæ Apostolicæ ad impediendum partes, & eas involvendum laboribus, & expensis, absque causa rationabili, in bullarum, & dictarum literarum Apostolicarum Registro arrestantur, & suum nequeunt fortiri effectum. Statuimus, & etiam ordinamus, quod postquam litera arrestata ad Auditorem causæ fuerit reportata, idem Auditor adversæ parti terminum octo dierum præfigere per eum postea si expediat progandam, infra quem ex suo jure, & interesse coram dicto Auditore legitime docere, & fidem facere teneatur.

Causa Beneficiales infra summam 60. flor. S. R. E. Cardinalibus non committende.

§. 29. Statuimus insuper, & etiam ordinamus ad parcendum laboribus, & expensis quorumlibet litigantium, quod causæ, super quibusvis Beneficiis Ecclesiasticis, secularibus, & regularibus, quorum fructus, redditus, & proventus sexaginta florenorum auri secundum communem estimationem valorem annum non excedunt, S. R. E. Cardinalibus nullatenus committantur, & commissiones sint nullæ, si fuerit contrafactum.

Quæ fieri debent pro habenda expeditione sententiarum.

§. 30. Et quoniam frustra ferentur sententiæ, nisi essent qui exequerentur easdem, & in habendis literis executorialibus, sub bulla quandoque duorum, vel trium mensium dilaciones fiunt, pro quibus expediendis occurrunt graves expensæ, quæ aliquando ad quindecim, aliquando ad decem & octo florenos ascendunt, & Notarii dictæ Sedis, qui illarum minutas deberent conficere, non conficiunt, sed per suos Abbreviatores, quorum aliqui sunt minus periti faciunt, & cum illas quandoque non bene conficiant, ad peritiores oportet habere recursum, & sic partes ipsas Executores prosequentes, plus oportet expendere, quam ab antiquo consuetum sit solvere, & qui non laborant, plus salarii accipiunt, unde partes magna temporis dilacione plus quam deceat gravantur laboribus, & sumptibus in earum procuracione, qui in expensarum taxatione non veniunt. Nos ad evitandum hujusmodi inconvenientiam, & ut partes in procurandis prædictis executoribus, opportunum recipiant relevamen, statuimus, & etiam ordinamus, quod sit in electione partis si velit habere sub bulla simplicem literam executoriam, sive confirmationem sententiæ, quæ in effectu contineant, quod in

causa, quæ inter tales partes super tali revertebatur, lata fuit per talem iudicem, seu tales Iudices talis sententia, cujus effectus ponatur in litera, & mandetur executoribus, quod sententiam ipsam debitæ executioni demandent, & talis litera non taxentur ultra duodecim grossos Turonenses. Si vero pars malit habere executoriam cum confirmatione sententiæ juxta morem, quia tunc in confectioe minutæ major labor occurrit, & necessarium est totum processum causæ recensere, servetur quod hucusque extitit observatum, ita tamen quod confectio minutarum, quæ concernunt iustitiam ad Notarios ipsos pertineant: & præter hoc salarium habeant: minutæ per eos fiant vel expensis eorum & hoc idem in omnibus aliis literis iustitiæ, & provisionum ad Ecclesias Cathedralis, & Monasteria quolibet factarum, & fiendarum in Consistorio nostro, quæ per manus ipsorum Notariorum transeunt, precipimus observari. Verum intelleximus, quod procuratores, qui causas super quibus expediuntur litera executoriales in iudicio, in eadem Curia egerunt, vel defenderunt, quando litera hujusmodi in dicta audientia contradicuntur leguntur; ubi ipsi procuratores interfunt, mediam partem taxæ dictarum literarum executores de novo a partibus nituntur exigere, & sæpe exigunt, illud reputantes abusum, fieri prohibemus. Volentes eosdem procuratores communi salario pro aliis in dicta audientia legendis literis, quando ibidem interfunt, esse contentos, ubi forsitan ipsi per totam hujusmodi literam executoriam procuraverint, quo casu competentes salarium a partibus petere, & recipere possint secundum quod in taxationibus præfati Joannis XXII. prædecessoris habetur.

§. 31. Cæterum cum sæpe contingat quod in omnibus diebus unius hebdomadæ, quibus teneri solet audientia, & aliquando in duabus conjunctis hebdomadis feriæ celebrantur, unde lites prorogari contingit. Statuimus, & etiam ordinamus, ut quotiescumque in una hebdomada tres illi dies, quibus teneri solet audientia, quomodolibet sint feriati, præterquam in octavis Nativitatis, & Resurrectionis D. N. JESU CHRISTI, videlicet per septem dies ante, & septem post, die Jovis in hebdomada tali, si illa dies feriata non fuerit, alioquin die Sabbati audientia teneatur.

Datum Romæ apud S. Petrum &c. (a)

(a) Hæc literas datas cum censurem hoc anno 1424. in his siquidem Martinus meminit alterius Constitutionis a se anno Pontificatus sui Sexto date, quam non secus ac supervacaneam omisi, post finem anni VII. postas volui.

SAN-

XIV.

Sanctorum Canonis adscribit B. Sebaldu de Dacia Regum Prospatia genitum Oppido Nurembergenfi Bambergens. Dioc. clarum, cum Institutione festivitatis pro die 18. Augusti.

Ex Regest. in Archiv. Vasie.

Martinus Episcopus, Servus Servorum Dei. Ad perpetuam rei memoriam.

Proemium.

§. 1. Sedis Apostolicæ circumspicua benignitas devotorum consuevit iustis annuere votis, & illis, per quæ divini cultus, ac status Ecclesiarum omnium, aliorumque piorum locorum ad divini nominis propagationem erectorum adaugeri valeant, ipsi etiam fervor Christianæ Religionis accrescat, sui vices officii libenter intronmittit, et ea, quæ devotionis causa Romanorum aliorumque Pontificum autoritate, et ordinatione rite processisse comperit, ut illibata persistant, libenter Apostolice muniminis perfringit firmitate.

Quibus de causis Nurembergenfis B. Sebaldu canonizati poterint.

§. 2. Sane pro parte dilectorum filiorum Consulum & Proconsulum ac Romunitatis oppidi Nurembergenfis Bambergens. Diocesis Nobis nuper exhibita petitio continebat, quod Beatus Sebaldu, qui de Regum Dacia prospatia genitus fuit, in oppido ipso, quod Imperiale & inter alia illarum partium oppida multum solemne & insigne, famosumque existit, multis & innumeris in illo & ejus circumvicinio coruscet miraculis, adeo quod pro Sancto & Patrono oppidi ejusdem per quingentos annos & ultra palam ab omnibus fuit reputatus, prout & in illo ejusque circumvicinio diem reputatur, prædictique Beati corpus gloriosum in quodam solemnem Sarcophago auro, & argento decorato in Ecclesia, quæ dicti oppidi Ecclesia Parochialis principalis est, clausum honorifice conservatur, ac ipsa, & nonnullæ alie Ecclesie, Cappelle, & Altaria in prædicto oppido, & locis aliis ad laudem & gloriam Dei omnipotentis, ejusque Genitricis gloriose Beate Virginis ac omnium superiorum civium sub vocabulo ipsius Beati Sebaldi sumptuose & magnifice fundata, & erecta venerabiliter conspiciuntur: quæ etiam multiplicibus dotata fructibus, aliisque Indulgentiarum & gratiarum muneribus auctoritate diversorum Romanorum, aliorumque Pontificum Prædecessorum nostrorum Sedisque Apostolicæ Legatorum, necnon locorum ordinariorum pro visitantibus Ecclesias, Cappellas, & Altaria prædicta, ac eorumdem conservatione & constructione manus inibi adiutrices porrigentibus existant ad ornata: quodque etiam dicti Beati Sebaldi in oppido eodem anno quolibet in die, qua illum post devictum triumphatumque mundum in perpetuas æternitates præsens vita parturivit, videlicet quarto decimo Kalendas Septembris festum ipsius et officium proprium, et speciale una cum legenda sui historia etiam speciali, sicut pro uno Confessore non Pontifice diversorum ordinariorum loci auctoritate Bull. Rom. Tom. III. Pars II.

De feriis, & diebus ad Audientiam deputatis.

ritate extitit celebrari annis singulis institutum, prout etiam die illa ab illarum partium Christianis devote et solemniter celebratur, ita quod propterea ejus nomen gloriosum in plerisque Breviariis, et aliis orationum libris inter alia Sanctorum nomina adscriptum reperitur.

§. 3. Quare pro parte Consulum, Proconsulum, et Communitatis prædictorum Nobis fuit humiliter supplicatum, ut pro divini nominis hujusmodi propagatione, et ad dictum Beatum fidelium illarum partium ferventiori devotione ac Ecclesiarum, Cappellarum et Altarium prædictorum statu, necnon visitatione, conservatione, constructione, et erectione eorumdem præmissis omnibus, et singulis pro eorum subsistentia firmiori robore apostolice confirmationis adicere de benignitate apostolica dignaremur: Nos igitur qui divini nominis propagationem, statum et indemnitatem Ecclesiarum, Cappellarum, Altarium, et locorum Ecclesiasticorum quorumlibet nostris potissime temporibus adaugeri intensius optamus affectibus, ac de præmissis fama publica ac fide dignorum relationibus certiorati ipsa veritate fulciri, prædictumque Beatum Sebaldu Sanctum esse, et ut talem haberi, et reputari ejusdemque festum in dicta die videlicet quartodecimo Kalendas Septembris ab omnibus Christianis fidelibus per universum orbem annis singulis celebrandum et recolendum, ac ejus non Cathalogo aliorum Sanctorum Patrum adscribendum fore declaramus: necnon omnia et singula præmissa ac concessionem, Indulgentias, privilegia, et indulta Parochiali et aliis Ecclesiis, Cappellis, et Altaribus prædictis sub vocabulo dicti Sancti Sebaldi erectis per quoscunque Romanos, et alios Pontifices concessa ante obitum fel. rec. Gregorii Papæ XI. prædecessoris nostri, ac inde secuta rata habentes et grata illa auctoritate Apostolica ex certa scientia confirmamus et approbamus ac præsentis scripti patrocinio communimus: suppletes omnes defectus, si qui forsitan intervenerint in eisdem.

Ejus nomen S. Cathalogo adscribendum censet Martinus.

Indulgentias ejus sepulchrum visitantibus elargitur.

§. 4. Et ut ad Venerabile sepulchrum ipsius Sancti ardentius, ac affluentius Christianis fidelium confluat multitudo, et ejusdem Sancti celebrius colatur festivitas, et ejus nomen celebrius recolatur auctoritate prædicta omnibus vere penitentibus, et confessis, qui sepulchrum ejus apud dictam Ecclesiam in ejusdem festi die devote visitaverint, annuatim septem annos totidem quadragenas de injunctis eis penitentibus misericorditer relaxamus.

Bona nonnulla Fabricæ ejus Ecclesiæ addicit.

§. 5. Et insuper omnia & singula bona mobilia ad incertas causas, ac ad quæ veri hæredes non superant nec pro tempore legitimi reperiuntur successores, in Parochia aut apud Rectorem et Parochianos ejusdem Ecclesiæ quomodolibet reperta deposita vel relicta, necnon etiam illa, quæ ad similes causas in prædicta Parochia dicto præcedente tempore modo præmissis relinqui deponi ac deputari aut reperiiri contigerit, pro fabrica Ecclesiæ Sancti Sebaldi prædicti deputamus.

§. 5. Ac volumus, et ordinamus quod LII 2 Re-

Reftori huiusmodi bona ad hoc applicandi dat facultatem.

Reftor, ac alii in Ecclefia, et Parochia praedictis pro tempore in divinis ministrantes omnibus utriusque sexus hominibus, apud quos praemissa bona consistunt, reperta tunc fuerunt, ut illa ad fabricam Ecclesiae praedictae tradant, & assignent, in remissionem suorum peccaminum in foro poenitentiae auctoritate Apostolica iniungant, super quibus eisdem plenam, & liberam concedimus tenore praesentium de specialis dono gratiae facultatem, non obstantibus constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis ac aliis contrariis quibuscumque: proviso tamen, quod bona tradenda, & assignanda huiusmodi ab fabricam Ecclesiae praedictae integre convertantur.

Clausula.

§. 6. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostrarum declarationis, confirmationis, approbationis, communionis, supplementationis, relaxationis, deputacionis, voluntatis, ordinationis, & concessionis infringere & contumaciter infringere. Datum Romae apud Sanctos Apostolos, septimo Kalendas Aprilis, Pontificatus nostri Anno Octavo.

Dat. die 26. Martii 1425. An. VIII.

X V.

Reintegratio antiqui Officii & iurisdictionis Magistrorum viarum Urbis eiusque districtus.

Martinus Episcopus, Servus Servorum Dei. Ad perpetuam rei memoriam. Dilectis filiis Nobilibus Viris Baptistae Petri Matthei, & Bocio de Stinchis, Civibus Romanis, Viarum Urbis nostrae Romae Magistris. Salutem & Apostolicam benedictionem.

Exordium.

Et si in cunctarum orbis provinciarum, juxta commissum nobis de super officium, decore atque florentia delectemur, dignum tamen non immerito reputamus & congruum, ut Urbis nostrae Romae, quam Principis Apostolorum Petrus, & in fortem similem vocatus Paulus, Fidei Orthodoxae Cardines, alique victoriosi innumeris Martyres, sui sanguinis aspersione innudarunt, amplior Nos cura perstringit, ut Urbs ipsa, quae divinis & humanis legibus perantea floruit, illiusque districtis, nostris in temporibus, divina favente clementia, bonis asurgat moribus, & salutaribus in antea successibus commendetur.

Causa huiusmodi restituti officii.

§. 1. Cum itaque (sicut rei evidentia palam edocet) Urbs, districtusque praedicti, quos paterno amplectimur affectu, ex defectu Officii Magistrorum quod antiquitus pro Viarum, Stratarum, Platearum, & locorum aliorum, tam publicorum, quam privatorum, necnon edificiorum lapideorum, & ligneorum, parietum tignorum, banchorum, tectorum, tabulatum, mignanorum, apothecarum, & pontium,

portarum, passorum, aquarum decursum, canalium, & meatuum, necnon urbanorum, & rusticorum praediorum, pratorum, hortorum, atque vinearum, finium, restorationum, servitutum, & libertatum administratione, institutum & ordinatum extitit, in praemissis, & eorum singulis grandem deformitatem, seu ruinam potius abhominabilem patiantur, & iacturam. Et (sicut accepimus) nonnulli ex Civibus, habitatoribus, & incolis Urbis, & Districtus praedicti, Macellarii videlicet, Piscarii, Sutores, Palamantellarii, diversique Artifices, loca ac etiam ergasteria Urbis inhabitantes, suasque inibi artes exercentes, viscera, intestina, capita, pedes, ossa, cruores, necnon pelles, carnes, & pisces corruptos, resque alias foetidas, atque corruptas in viis, fratis plateis, & locis publicis atque privatis huiusmodi proicere atque occultare: Nonnulli etiam ex civibus, habitatoribus, & incolis eiusdem, (quos aequae fatigat ambitio, & repudianda conducit temeritas) mala malis invenientes, vias, stratas, plateas, loca publica, privata, & Ecclesiastica, ausu temerario atque sacrilego occupare, diripere, alienare, & in usus proprios deducere, de illis quoque pro suo nutu disponere non verentur, intelligere nolentes, quantum huiusmodi sui excessus humanorum corporum sanitatem, aeris puritatem, & animarum salutem impediunt.

Restituitur.

§. 2. Nos igitur praemissas deformitates, & excessus huiusmodi, sub dissimulatione ulterius praeterire non valentes: Attendentes propterea, quod in eadem Urbe, multo temporis decursu, neglectum fuit, in usum plurimum pullulasse, & praemissis incommodis postenus occurrere cupientes: Officium Magistratus huiusmodi juxta illius antiquam institutionem, auctoritate Apostolica renovamus, suscitamus, & reintegramus, atque restituiimus.

Magistri creantur.

§. 3. Vobis quoque, quos nostros, & Urbis praedictae zelatores existere non ambigimus, quosque fides, legalitas & prudentia, circumspicio, atque multiplicia virtutum merita, apud nos efficaciter commendavit, Magistratus officium huiusmodi, usque ad nostrum beneplacitum, cum solitis ab antiquo iurisdictionibus, potestatibus, honoribus, privilegiis, libertatibus, atque oneribus universis, & cum potestate ad opus vestrum quoties, & juxta modum, qui vobis videbitur: Submagistros faciendi, & ordinandi, eadem auctoritate conferimus, & de illo etiam vobis providemus: vos quoque in praemissis, & ea quomodolibet concernentibus, ac ab illis dependentibus, & eis annexis, Magistros facimus, constituimus, ordinamus, & etiam deputamus.

Qualis eorum sit iurisdictione.

§. 4. Ut exinde omnes & singulas deformitates excessus, in praemissis, vel circa ea, pro tempore quomodolibet occurrentes, absque cuiusvis vocatione, seu citatione, sed per viam regiam, juxta datam vobis a Domino prudentiam, etiam per de-

XVI.

Judeis ut a Christianidelibus fecernantur, singulum deferendum decernit cum panarum praefinitione contra non deferentes.

Ex Regest. in Archiv. Vatic.

Martinus Episcopus, Servus Servorum Dei, Ad perpetuam rei memoriam.

Proemium.

Sedes Apostolica pietatis, & clementiae suae gremium Judaeis continuo referans, quo ad gratiam recolligat, si viam velint agnoscere veritatis, adversus illos, ex eis, qui Religionem, & profitentes eandem offendere non verentur, eo gravius dedignatur, & dedignantius commovetur, quo benignius & favorabilius illos in terris Christianorum sub spe conversionis eorundem noscitur sustinere.

Judeorum nonnulla scelerata enumerat.

§. 1. Ad audientiam siquidem nostram, fide dignis relatibus nuper non sine gravi nostra mentis turbatione pervenit, quod nonnulli judaei utriusque sexus, qui in Cassensi & Cavenfi, ac aliis ultramarinarum partium Civitatibus, terris, & locis Christianorum ditioni subjectis commorantur, de eorum obstinatione non contenti, sub fraudis & malitiae palliatione, tanquam nullum in eorum habitu speciale signum, quo pro Judaeis agnosci valeant, deferentes, quam plurimis etiam utriusque sexus Christianis Civitatum, terrarum, & locorum praedictorum eos minime noscentibus, se Christianos ostentare, multaque exinde, atque varia enormitates & scelera detestabilia temerariis ausibus committere non formidant, & inter alia, quod urique solo auditu horrendum est, Zichorum, Rotiorum, Alanorum, Mingrellorum, & Anogusiorum, sub Christiani nominis professione iusta Graecorum ritum baptizatorum personas utriusque sexus, quotquot possunt, emunt, & emptas Saracenis, aliisque infidelibus, ejusdem nominis perpetuis & immanissimis hostibus, etiam pro decuplo pluri, quam eas emerunt, pretio crudeliter vendunt, ac exactissimas mercantias de eis faciunt, personas ipsas nonnunquam ad eorundem saracenorum & infidelium terras ob eam causam corporaliter abducendo, ex quo inde sequitur, quod saraceni & infideles ipsi personas easdem sic eis venditas fidem catholicam abnegare compellunt, eisque etiam per enorme & nefarium sodomitium abutuntur, in earum perpetuae supplantationis & perditionis miserabilem iacturam, Christianae Religionis opprobrium ac scandalum fidelium plurimorum.

Signum, ut a Christianis distinguantur ab eisdem deferri mandat.

§. 2. Quare Christianidelium indemnitate, prout nostra interest, salubriter providere, & Judaeorum talia patrantium praedictorum fraudibus atque nequitias resistere intendentes, auctoritate apostolica tenore praesentium statuimus, & etiam ordinamus, quod quilibet dictorum Judaeorum utriusque sexus in habitu suo aliquod speciale & emittens signum, sibi vigore praesentium per locorum Ordinarios, ut a Christianidelibus discernantur, induendum, seu imponendum de-

demolitionem quorumcumque edificiorum, aut rerum aliarum, seu modum alium, quaecumque reparandi, corrigendi, & commendandi, necnon praemissorum, seu eorum occasione gravatos, ut praemittitur, absque lite, sed summarie, simpliciter, & de plano (oppositione seu contradictione, aut quacumque temporis etiam centenal praescriptione, legibus, & consuetudinibus generalibus quibuscumque ceterisque contrariis non obstantibus) relevandi, restituendi, & etiam reponendi, contradictores quoque quoslibet, & rebelles privandi, bandiendi, arrestandi, incarcerandi, atque omnia & singula faciendi & exercendi, quae Magistri praedecessores vestri, qui fuerunt pro tempore, facere, gerere, & exercere potuerunt, seu etiam debuerunt, vobis, huiusmodi durante beneplacito, mandatum damus, ac etiam potestatem.

Notarii eius dati.

Officialibus aetatis praecipitur ut eis obediant.

Syndicari & molestari in officio non debent.

Contrarium derogatio.

Dat. die 31. Martii 1425. An. VIII.

§. 5. Et ut officii vestri huiusmodi liberior & facilius sit exercitatio, Nardum de Buxthachis Procuratorem, necnon ipsum, & Nicolaum de Mutis, nobiles viros Cives Romanos, Notarios vestri officii eadem auctoritate facimus, & ordinamus.

§. 6. Mandantes exinde omnibus & singulis nostris Capitoli Marescallis, ceterisque Officialibus, ut Vobis, & submagistris vestris, atque vestrum cuilibet, in similibus, quae vestri exercitationem officii concernunt, pareant, & obediant, pariter & intendant. Insuper quascumque excommunicationis aut interdicti sententias, poenas & multas alias per nos seu praedecessores nostros in Magistros pro tempore existentes forsitan promulgatas (quarum formam & tenorem volumus habere pro expressis) auctoritate praedicta cassantes & irritantes.

§. 7. Vobisque, & occasione per vos in vestro officio factorum, ordinatorum, seu quomodolibet administratorum, aut quavis occasione gerendorum, fundorum, seu administrandorum nullibi locorum in causam trahi, iudicari, aut alias quovis modo per quemcumque etiam auctoritate Apostolica molestari valeatis, eadem auctoritate concedimus.

§. 8. Antedictis constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, necnon statutis, & consuetudinibus Urbis, ceterisque contrariis non obstantibus quibuscumque. Decernentes exinde irritum & inane quicquid contra praemissa, seu aliquod praemissorum a quoquam, quavis auctoritate sciant vel ignoranter contigerit attentari.

Nulli ergo &c. Datum Romae, apud Sanctos Apostolos secundo Kal. Aprilis, Pontificatus nostri Anno Octavo.

deinceps in perpetuum deferant, quo in oculis omnium Judæus, si masculus, & si foemina fuerit, judæa evidenter appareat, & absque illo nunquam incedere, nec ullus ipsorum aliquam, vel aliquas personam seu personas hujusmodi per se, vel alium, seu etiam pro se, vel alio, publice vel occulte aliqua ratione vel causa præfatis Saracenis seu infidelibus vendere, dare, tradere, accomodare, donare, seu alienare, aut alias ipsis infidelibus auxilium vel favorem in Christianorum dispendium præstare quomodo præsumant.

Pœnas contra hujusmodi signum non deferentes statuit.

§. 3. Nos vero quemlibet ex ipsis Judæis, qui hujusmodi sibi indicium, vel impositum signum deferre neglexerit, eo ipso pœnas, & sententias contra Judæos in Civitatibus, & terris, & locis nobis, & Romanæ Ecclesiæ immediate subiectis commorantes, signum eis indictum vel impositum non deferentes inflictas incurere, illisque ponendos fore decernimus: & quod quicumque ex eis, qui contra hujusmodi constitutionem, & ordinationem nostram in personam vel personarum venditione, seu alias auxilii vel favoris infidelibus præstatione hujusmodi venire præsumperit, res, & bona sua omnia, in quibuscumque, & ubicumque, ac quibusvis pondere, numero, & mensura consistant, prorsus amittat eo in redemptionem ipsius vel ipsarum venditæ seu venditarum, personæ vel personarum si redimi poterit, aut poterunt, alioquin in fabricam reparationem, & conservationem Ecclesiarum, hospitalium, & aliorum piorum locorum, aut in defensionem prælibatæ fidei contra ejus inimicos, seu Civitatis, terræ, vel loci, cujus idem contraveniens incula vel habitator fuerit, fortificationem & utilitatem integre convertenda quodque idem contraveniens a Civitate, terra vel loca hujusmodi expellatur, & ab illa, vel illo perpetuis temporibus exuliat, nec in aliqua alia Civitate, terra, vel loca Christianorum morari valeat, si inde capi possit, debite puniatur & castigetur juxta canonicas sanctiones.

Has leges publicari præcipit.

§. 4. Monentes & in Domino exhortantes venerabiles fratres nostros Cassensem, & Cannensem Episcopos, ac alios hujusmodi aliorum locorum Ordinarios, necnon dilectos filios Venerabiles viros Gubernatores, Consules, Potestates, Capitaneos, Rectores, Officiales, Communitates, & Universitates Civitatum, terrarum, & locorum prædictorum, eis universis & singulis nihilominus per apostolica scripta mandantes, ut omnia & singula supradicta in eisdem Civitatibus, terris, & locis auctoritate nostra solemniter publicent, & faciant per alios publicari, ne aliquis judæorum, præfatorum imposterum valeat de præmissis ignorantiam prætere, seu etiam allegare necnon indicent judæis ipsis hujusmodi signum per eos, ut præmittitur, defendendum, ac faciant hujusmodi constitutionem & ordinationem nostram inviolabiliter observare: ac eam in omnibus & per omnia, cum necesse fuerit, studeant per se, vel per

alios executioni debite demandare. Contradictores quoslibet, & rebelles, videlicet Episcopi & ordinarii per censuram Ecclesiasticam, si ei locus fuerit, Gubernatores vero, & alii seculares prædicti districtione, qua convenit, temporali, postposita appellatione compescant, & in præsentibus contentas litteris in favorem fidei Catholice diligenter, & efficaciter exequantur.

§. 5. Non obstantibus privilegiis & litteris eisdem judæis per quoscumque quavis auctoritate fungentes, seu dignitate fulgentes Ecclesiastica vel mundana concessis, ac municipalibus, & aliis statutis, necnon consuetudinibus ibidem hæctenus observatis, cæterisque contrariis quibuscumque.

Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostrorum statuti, ordinationis, monitionis, exhortationis, & mandati infringere &c.

Datum Romæ apud SS. Apostolos tertio nonas Junii anno octavo.

Obstantibus detegat.

Clausula.

Dat. die 3. Junii 1425. An. VIII.

XVII.

Contra ementes, rapientes, seu alias quomodolibet allicientes Christianos, ut infidelibus vendant, merceque eorum loco recipiant excommunicationis aliasque pœnas decernit.

Ex Regest. eodem Consule Raynaldum ann. 1425.

Martinus Episcopus, Servus Servorum Dei. Ad perpetuam rei memoriam.

Pastoralis sollicitudinis debitum in hoc præcipue exolvere nos convenit, ut his, quæ in Christiana Religione emergunt offensam, quantum nobis ex alto conceditur, salubriter occurramus, eoque solertius, & diligentius, quo remotioribus in partibus illa committuntur, ubi difficilius nobis est adhibitio remedii super eis.

Exordium.

§. 1. Sane lamentabilis querela multorum nostrum nuper turbavit auditum, quod nonnulli iniquitatis filii Baptismatis fontem renati Christianum nomen contemnentem, propriæque salutis immemores, qui in partibus Ultramontanis præsertim in Cassensi, & Cannensi Civitatibus, ac aliis illis circumvicinis locis pro tempore conversantur, Zichorum, Rossorum, Alanorum, Mingrellorum, & Anogusiorum &c. prout in præcedenti usque.

Causæ edendæ Constitutionis.

§. 2. Quare tam graves & detestabiles excessus nullatenus sustinere, sed illis, prout nostra interest, resistere efficaciter intendentes, scilicet recordationis Nicolai Papæ Quarti, & nonnullorum aliorum Romanorum Pontificum Prædecessorum nostrorum, qui quoscumque arma, equos, ferrum, lignamina, victualia & alia quæcumque mercimonia Infidelibus deferentes in nonnullas pœnas, & sententias incidere statuerunt, vestigiis inherentes, auctoritate apostolica tenore præsentium statuimus, volumus, & ordinamus, quod nullus aliquam, vel aliquas personam seu personas ex Zichis, Rossis, Ala-

Christianos Saracenis, & Infidelibus vendi prohibet.

XVIII.

Homicidas in Terris Baronialibus in Districtu Urbis existentibus recipi minime posse, pœnasque contra Receptatores decernit, omnemque Jurisdictionem Senatori Urbis circa illorum punitionem debere declarat.

Ex Regest. eodem.

Martinus Episcopus, Servus Servorum Dei. Ad Perpetuam Rei Memoriam.

Improbis quorundam conatibus, & auctibus temerariis, qui horrenda inhumanitate mortem sitiunt aliorum, tanto est propensiori studio per Apostolicæ Sedis providentiam occurrendum, quanto ipsorum detestanda & inordinata voluntas præberet aliis execrabilis exempli perneciem sine pœnæ formidine similia perpetrandi.

Pœnium.

§. 1. Cum itaque, sicut fide digna relatione didicimus, nonnulli Barones, Potestates, Communitates, ac alii Civitates, oppida, castra, fortalitia, terras, & alia loca quæcumque obtinentes, seu regentes, aut custodientes homicidas etiam condemnatos receptare, & neglecta justitia in suis libertatibus confovere præsumunt in Reipublicæ læsionem, ac abominabilis criminis defensionem, & periculum plurimorum.

Causa Edicti.

§. 2. Nos igitur, ne didorum homicidarum horrenda temeritas quoquomodo transeat impunita, & sine vindicta crescat audacia malignandi, ut saltem formidine pœnæ ab hujusmodi temeritatis audacia refrægentur, tanto periculo paternæ sollicitudinis studio occurrere cupientes, volumus, & auctoritate apostolica tenore præsentium statuimus, constituimus, & etiam ordinamus, quod omnes & singuli Barones, Potestates, Communitates, & alie quæcumque personæ Ecclesiasticæ, vel Seculares cujuscumque dignitatis, gradus, status, & conditionis, aut cujuscumque præminentie fuerint, omnes & singulos homicidas, seu de homicidio convictos, vel condemnatos, quacumque ecclesiastica vel mundana præfulgeant dignitate, in eorum Civitatibus, oppidis, castris, fortalitiis, terris, & aliis locis quibuscumque infra quinquaginta millia ab urbe constitutis a duobus annis proxime præteritis citra receptatos, & imposterum receptandos capi, detineri, & carceribus mancipari, illosque manu forti detentos Senatori ejusdem Urbis pro tempore existenti ad omnem ipsius Senatoris, vel alterius ejus nomine requisitionem præsentari procurent, qui Senator, si homicidam prædictum Clericum esse contigerit, eum ad judicem competentem remittere procurabit.

Baronibus, ut Bannitos Senatori Urbis puniendos tradant præcipit.

§. 3. Et ne statutum, constitutio, & ordinatione prædicta fiant ludibrio, debitoque frustrentur effectu, & nedum verbis, sed etiam rebus & executione seu ipsa imposita censeatur, Baronibus, Potestatibus, Communitatibus, Universitatibus, Officialibus, & aliis quibuscumque personis Ecclesiasticis, vel Secularibus prædictis homicidas prædictos re-

Inobedientes pœnis addicit.

Inobedientes percillit anathemate.

Hanc legem publicari mandat.

Dat. die annoque eodem.

Alanis, Mingrellis, & Anogusis, seu aliis sub Christi nomine baptizatis hujusmodi per se vel alium, seu etiam pro se, vel alio publice, vel occulte aliqua ratione, vel causa præfatis Saracenis, sive Infidelibus vendere, dare, tradere, accomodare, donare, seu alienare, aut alias ipsis Infidelibus auxilium vel favorem in Christianorum dispendium præstare quoquomodo præsumat.

§. 3. Nos vero quemlibet, qui contra hujusmodi constitutionem, voluntatem, & ordinationem nostram ausu temerario venire præsumperit, excommunicationis sententia decernimus subjacere, a qua sententia idem contraveniens, nisi tantum de bonis propriis in ipsarum venditarum personarum redemptionem, si redimi poterunt, alioquin in Ecclesiarum, hospitalium, & aliorum piorum locorum dedicatarum sub nomine Jesu Christi fabricam, reparationem, & conservationem, aut in præfata fidei contra ejus inimicos defensionem integre convertendum exolverit & erogaverit cum effectu, quantum detrimenti & damni propterea eisdem venditis personis intulerit, aut absque mandato nostro, vel Sedis Apostolicæ speciali, præterquam in mortis articulo constitutus absolvi non possit, & sit inhabilis ad quæcumque per eum imposterum prosequenda.

Nulli ergo omnino &c. Datum Romæ apud Sanctos Apostolos, tertio Nonas Junii, Anno Octavo.